



JH
144
PRÆVIA HAC COMMENTATIONE SVCCINCTA
DE
CONVENTIBVS CHRISTIANORVM NOCTVR-
NIS ET ANTELVCANIS RELIGIOSI
CVLTVS ERGO,
QVOS VVLGO die Metten APPELLAMVS,
SCHOLÆ ANNÆBERGENSIS
VENERANDOS INSPECTORES
ET QVOTQVOT HIC VIVVNT EJVSDEM
FAVTORES atq; AMICOS
CVJVSCVNQE ORDINIS ET CONDITIONIS,
VT PROXIMO MARTIS DIE POST SACRA POMERIDIANA IN AUDITORIVM
INFERIVS FREQUENTES CONVENIRE, ET
ACTVM DRAMATICVM CHRISTO
SACRVM SPECTARE, EIQLVE SVBJVNGENDAS
ORATIONES EVCHETICAS
BENEVOLE AVDIRE NE GRAVENTVR,
PERQVAM OFFICIOSE ET AMANTER ROGAT
M. JOH. FRIEDLIEB STVBELIVS,
RECT.

—
ANNÆBERGÆ,
TYPIS AVGUSTI VALENTINI FRISII.



Si in dulcissimâ Urbis Patriæ, qua admodum puer carere cœperam; receptus nuper, eidem que ibi muneri singulare DEI nutu præfectus, quod Pater meus, nunc inter beatos ecclites de vita & schola molestiis triumphans, complures annos non sine plausu bonorum olim gessit, in id omni cura & contentione entendum mihi exigitimo, ut commoda commissorum mihi quovis modo promoveantur. Probe autem examinatis omnibus rationibus intellexi, melius illis haud fore consultum, quam si pedem posuero in eorum vestigia clarissime hic expressa, qui ante me hoc laxum magna industria laude volverunt, & quorum Nomina notiora sunt, quam ut mea commemoratione indigeant. Horum exempla in illustri posita monumento dum intenor, id equidem sperare non ausum, me paria cum ipsis facturum, & rei que bene gestæ hinc ablaturam gloriam, quia ingenii, quo me ipsis longe inferiorem esse sentio, imbecillitas spem illam mihi intercipere videatur: interim tamen voluisse sicutem imitari Eos, non indecorum mihi autumnum. Cum vero illis omnibus perquam solenne fuerit, discipulos in medium producere & publice dicendi ipsi facere copiam, nec me perverso aliorum iudicio, qui exercitia ejusmodi vel plane & scholarum parietibus exterminanda, vel tamen ob temporis iis impendendi jacturam parcius adhibenda statuum, ab illo laudabili instituto patiar revocari, ipse scilicet multorum annorum usu edoctus, cum quanta juventutis utilitate illud soleat esse conjunctum. Sedet igitur, sub ipsum exordium hujus anni, quem Deus faustum nobis omnibus decurrere jubet, campum oratorium nostris rursus aperire & eos imposterum quacunque occasione oblata in eundem provocare, ut frequenti usu & copiam & animum dicendi sumant, & in ipsis scholæ umbris luci sensim atque sensim adfescant. Argumentum autem scriptoris, qua corrogarentur auditui nene eos, loco huic atque tempori aptius inventire haud potui, quam illud, quod in fronte hujus libelli est indicatum, ubi de Conventibns Christianorum nocturnis & antelucanis religiosi cultus canâ haberi solitis me aliquid allaturum, promisi. Notum enim est iis, qui apud nos non plane sunt hospites, quanta pompa & celebritate Sacra illa, imprimis ea nocte, que Festum Natalitium antecedit, in hac urbe instituantur. In ipso limine tamen L. B. præmonitum volo, ne putet, se ea omnia, que huc faciunt, hic inventurum, cum temporis & charta hujus angustia brevitas me studiofussum esse jubet, & quilibet prævidere possit, cum vix coopero, mihi fore definendum.

De ratione nominis, quo nos Germani illos conventus appellare convevimus, non nullum ero sollicitus: quam tamen, si quis requirat, facile suppeditari posse existimo. Si quid enim recte coniicio, ab ipso tempore, quo sunt, id nominis sunt nocti, ita ut vox Matutina (Se sacra f. Missa) pronunciandi quadam libidine, qua vulnus uititur, in illam Germ. Metten degenerasse veri simile appareat: cuiusmodi depravationes multa alia Romanae originis vocabula experta esse, sciunt illi, quibus dulce est investigandis rerum denominationibus studium locare. Opera autem pretium facturus mihi videor, si de origine hujus cultus non nihil tradidero. Eam ab infano Graecorum atque Romanorum festa nocturna celebrandi more repetere velle, sumnum nefas esse duco. Bacchanalia (*a*) enim, Lupercalia, (*b*) Eleusinia, (*c*) Saturnalia (*d*) & ejusmodi alia complura Solennia, (*e*) quibus magna pars noctis a profanis illis hominibus depurata fuit, sacrilegia verius quam sacra dici merentur, quorum etiam eos, quibus honestatis quadam inter eos cura supererat, sepius suppedebat, dum noctis quadam licentia nihil ibi facinoris, nihil flagiti pratermissum fuit, nemo autem sane mentis sibi perficiadere unquam potuit, circumveniendo, saltando, lasciando, vocerendo & alias turpitudines exercendo Deos placari. Absit igitur, ut quicquam ex nefaria illa superstitione in Christianorum ritus fluxisse statuamus; in quibus calta omnia & sancta. (*f*) Rectius illi nocturni & matutini pitorum congregatus a primorum Christianorum consuetudine initia sua sumissi creduntur. Constat enim inter omnes, iis temporibus, quibus Tyrannorum odia sevierunt in Ecclesiam, Christi assecas, vexationum crudelissimarum metu, sub non item ad sacra sua convenisse. (*g*) Cujus rei, si quo opus, testis Tertullianus esse potest, qui non modo

(*a*) Hac e diurnis nocturna facta. Vide que de iis Hispala Consuli Postumio enuntiaverit apud Liv Lib. XXXIX. c. 13.

(*b*) De his Contule Alex. ab Alex. Gen. Di. Lib. IV. C. 12.

(*c*) v. Meursii Eleusinia. Quonodo a Solone optime instituta, deinde autem depravata fuerint lege, in M. Goethofr. Schmidii Dilp. I. de Solone Legislatore Lipsiæ 1688. hab. Cap. I. §. 25. 26.

(*d*) vid. Macrobi Saturnalia de his psalm.

(*e*) ut Panathenæa apud Athenienses, de quibus Pfeiffer, Antiquit. Graec. Lib. I. Cap. 44. Festum Bone Dex, quod deferibili Alex. ab Alex. Lib. VI. Cap. 8. Sacrificia Dñi inferis oblate noctu. &c.

(*f*) Aliarum gentium sacra nocturna lūsens præterii, quale Ægyptiorum illud fuit Minervi honori dedicatum, quod λυγνωσταῖς h. e. lucernarum gestationem appellariunt. De eo hoc refert Themistius Orat. XIII. pr. In Imper. Constantium: Postquam celebratis annua tempus adventi, plerique lucernas navigi imponentes per Nilum ad Saïdem navigant, cumque ad delubrum pervenerint, ubi Dex simulacrum erectum est, inter alios ritus ac ceremonias sub dio circa tentoria atque extremos templi ambitus lucernas accidunt, ita ut tota illa nocte Sais universa facis ignibus collutetur: quibus vero domi se contineat necesse est, suis in urbibus singuli lucernas instruant & hymnis Dean profuguntur ac predicant.

(*g*) Eosdem illo exsequias defunctorum noctu invite, disces ex Casp. Sagittarii Lib. de Martyrum cruciatis in primitiva Ecclesia cap. XI. §. 6.



modo lib. 2. ad uxorem cap. 4. conventionum nocturnarum meminit, sed eas etiam in lib. de fuga
in persecut. calculo firmavit suo, *Si colligere, inquiens, interdui non poter, habes noctem.* Nec
alia de causa Christiani Cœcilio Natali apud Minutum Felicem tenebroſa & lucifugax natio, in
publico muta, in angulis garrula, sunt appellati. Imo cum nocturnis sacris opposita sit suspicio,
ideo nonnulli cœnas Thyestæas, alii Cereris & Bacchi adorations, alii alia crimina caſtis illis Dei
culturibus malitioſe impegerunt. (b) Quo Prudentii veritus ſpectant: (i)

Hunc eſſe veftris Orgiis
Moremque & artem proditum eſt,
Libent ut auro Antifitites.
Argenteis ſcyphis ferunt
Fumare facrum ſanguinem,
Auroque nocturnis ſacrifit
Adſtare fixos cereos.

Invidiam rei innocentissima præprimitis conflabant leges, que nocturnos cœtus prohibebant,
& quas nequiter violari a Christianis, vulgus calumniabat. Tabula enim XII. e quibus,
ceu fonte, omnia Romanorum jura profluxerunt, etiam hanc legem habebant: **SI QVI IN**
VRBE COETVS NOCTURNOS AGITASSIT, CAPITALE ESTO. Nec huic
abſūmile Romulus tulerat, qui, notante Franciſco Balduino, hoc edixit inter alia: **NOCTURNAS IN TEMPLO VIGILIAS NE HABENTO.** Sed cum sapientissimi harum le-
gum conditores libidinem & impudentiam vagæ piebis coērere hoc freno, ſeditionibus &
factionibus occaſionem hoc interdicto praedidere conati ſint, gens autem a Christo nomen adepta
neque obſcenis voluptibus dedita, neque rerum novarum unquam ſtudioſa fuerit, has leges ad
illam pertinuerunt, aut violatas ab ea, noſtri refiſimis negarunt. (k) Ipſe Plinius Secundus in
Epift. XCVII. Libri X. (l) horum conuentuum fecit mentionem, ubi exculpatuſis eos quodammo-
do, & Trajanum Imp. cui ſcribit, ad mitiorem forte ſententiam perductrus, nuntiat ei, Christianos in examen vocatos affirmas, hanc fuſſe ſummam vel culpaſ ſue, vel erroris, quod eſſent foli-
ti ſtato die ante lucem convenire, carmenque Christo, qvafī Deo, dicere ſecum invicem, ſequi
ſacramento non in ſcelus aliquod obſtringere, ſed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committe-
rent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent: quibus peractis morem ſibi diſceden-
ti fuſſe, rufiſuſe coeundi ad capiendum cibum &c. Hunc igitur morem, per silentium noctis
confluendi ad myſteria, Christiani ſequentium ſeculorum diligenter imitati ſunt, eundemve ad noſtra
tempora transmisere. Nihil nunc dicam de Waldenib⁹, (m) quoseadem cauſa, quæ latere coegit
primos Christianos, in tenebras compulit & in ferarum quaſi latibula: ſed in alta etiam pace, &
cum tuti eſſent Christi adoratores a cruentis hoſtium infidiliſ, hæc ſacra nocturna & matutina non
alio exempluſ ab illis culta omni tempore, & imo ea ipſa, quæ apud nos adhuc circa noctis & diei
confirmita peraguntur, originem ex remotissimis illis ſeculis dicere, confidenter affirmo. Suffra-
gatur mihi hoc aſſerenti Aug. Buchnerus, qui, cum in Notis ad ſupra allegatam Pliniī epiftolam
indicasſet, ad lumina vetuſtissimos Christianos conueniſe & ſacra ſua celebraſe, paganorum metu,
addit: *Et inde eft, quod hodieque non modo nocturne preces in quibusdam locis maneant, verum ad*
lumina etiam ſacra myſteria peraguntur. Eandem Miffarum, quas Pontificiū circa idem tempus
freqventant, originem facit Joannes Bona, (n) qui multus eft in iis reſenſendis, & ad quem lecto-
rem talium rerum cupidum ideo remittimus, quia negari non poeteſt, nos, ut multa alia, que lau-
dem habent, ita & hanc conſuetudinem, ſub fine noctis concurrendi ad fundendas preces, ad
cantanda carmina & ad verbi divini interpretationes audiendas, ab Ecclesia Romana non invitouſ
acepiffiſ, ſublati tamē illis ritibus, quæ tollerari in iſſem non poterant. Sane in illo cultu an-
telucano, cui nos indulguemus, nihil eft, quod reprehendi, quod non commendari potius merca-
tur. Et fateor ego lubens, in ſacris, quæ nocte partus virginis conſcia Annæbergæ noſtra cele-
brantur, me nihil religioſus, nihil ſplendidiſ vidife unquam, nuperque, cum prima vice illis
interelleſe liceret, mirifice delectatum. Totum enim tunc templum, quod hic eft auguſtissi-
muſ, innumeris lychnis & cereis collocut, fiduum concentu, cantantium modulationibus permifto,
reſonat, & plane regio ſpectacula oculos praſentium tenet: Metallici pulchra ſerie dispositi,
lampade quisque inſtructus, qua viſeera Magnæ Matris rimantes ſolent uti, ſubſellia cingunt: ex
ediōne cathedra ferme habetur ad populum congregatum de Deo humana carne induito, & tan-
tum

(b) v. Jo. Micralii Hilf. Eccl. Lib. II. Sect. I. §. 27.

(i) Hymn. de S. Laurentio v. 65. Iqq. in quem vide Victor. Gifelini commentator.

(k) v. M. Adami Quaffi Diſp. de Muſurgiæ uia veterum Christianorum, hab. Vitteb. 1704. §. 2.

(l) Hanc Epiftolam Gerh. Jo. Voſſius peculiari commentatori illuſtravit, quem adi. Exeat etiam Jo.
Chrifloph. Artopoſi Philologia loci Pliniiani de cognitione inſtituta adverſus Christianos.

(m) vid. Joach. Heſterbergii Eccleſiam Waldenſium Lutheranæ teſtem & ſociam Artic. III. §. 16.

(n) Lib. I. Rer. Liturgic. Cap. 21.

tum omnium inter hac studium appetet, ut recens natum orbis Reparatorem ad præsepe cernua pietate videantur venerari. Sicuti autem laudamus hæc & hujus generis alia sacra nocturna & matutina ex merito, ita jure taxamus nonsolum illos cœtus, quos alta nocte olim Gnoftici & Præscilliani sectatores agitarunt, haud multum ab Eleusiniis veterum abundentes, (o) sed excravimus etiam impietatem illam inauditam, qua Mantuae Carpetanorum cives noctem Mariae puerperio consecratam adhuc exigere dicuntur, dum, quoties illa recurrat, multo mero ingurgitati tempora ingrediuntur, ibi ructant, vomunt, & omnia perturbant temulent. (p) Damnamus præterea morem saltandi natalitiam nocte in atris sacrarum ædium, qui, Wildvogelio teste, superioribus seculis in Saxonia obtinuit, (q) nec non quod Rosenbergius (r) de noctibus tres Jovis dies proxime Natale Christi precedentibus ex Hofpiniano retulit.

Hic ita præmissis, nihil reliquum video, quam ut nomina eorum apponam, qui audiendi operam sibi navandam efflagitant. Et quidem in Actu Dramatico, quem B. Wenzelius, Zittaviensis quondam Gymnasii Director, de Christo non agnito fecit,

Job Andr. Schloßerus, Annemont. Christophilum. Job Georg Helbigius, Darrenthalensis & Christoph Ernestus Burkardus, Schlettavensis, Philosophos duos, prior etiam Hedonum Christ. Heinr. Komma, Annemont Afotum. Jo. Sigism. Brücknerus, Grünbaynens Prologi munere prius functus, Didactum. Jo. Christopherus Richter, Sorens Theadrum. Christianus Albertus Jobnus, Annemont. Phygium. Carolus Gottlob Schellius, Albertshaynens. Rationem. Job. Andr. Diet ius, Berenstein Josephum. Christianus Andr. Schubartus, Mitterwiedens Zelum. Jo. Frider. Ansorgius, Schwartzenbergensis & Jo. Frider. Schneiderus, Neukausensis, duos Judæos. Gottlieb Richter, Raschauensis. Fidem. Christianus Gottlieb Vierbelius, Schwartzenbergi. Mariam. Job. Christopher. Kolbnius, Grünbaynens. Ptochandrum. Andr. Hartmannus, Pratovalensi. Echmalotum. Job Eberhardus Waltherus, Elterlemen. Poreum. Christianus Gottlob Kühnias, Caditions. Plutium. Job. Gottlieb Kümmus, superioris frater, & Bernhard Job. Heubelius, Norimbergens duos Angelos. Jo. Benjamin Hartmannus, Pratovalensi. Alazonium. Georg. Frider. Müllerus, Fronzieni. Nofum. Christianus Wilhelmus de Nitzebziv, Eqves Misn. Charitatem. Job. Gotthelf. Schwabius, Annemont. Religionem. Job. Gottlieb Schneiderus, Schmiedebergens. Humilitatem. Job. Gottlob Käblerus, Schwartzenbergensis Patientiam referent: Sequentes autem pueri optimæ indolis & speci, omnes, si primum exceperis Zottovicensem, Annaberger Nobilissimi Parentibus orti; Job. Dan. Heyde. Job. Ferdinandus Scheureckius. Job. Gottlob Brücknerus. Antonius Rudolphus. Christian. Frider. Gerischius. Jo. Christianus Richter. Jo. Carolus Calenbergius. Christ. Frider. Rubnerus. Gotlob

Jo. Gottfried. Gulielmus Stockius. & Mayeri, fratres. Job. Gottlob Seidelius & Jo. Gottlob Tillingius, Jo. Gotthard.

Christum infantem piis precibus, balsutienti licet ore prolatis, venerabuntur.

Finito hoc Dramate procedent in medium tres discipuli supremi ordinis multis nominibus commendandi, quorum

I. CHRISTIANVS HENRICVS PETRI, Pratovalensi.

Carmine Lat. Heroico grates Deo concinet pro beneficiis superiori anno in nos collatis, & pro felicitate hujus, quem nuper ad ipsi sumus, cursu, præcipue vero pro Regis nostri Serenissimi & totius Regiae Familiae incolumente preces Deo allegabit.

II. CHRISTIANVS HENRICVS KEMNA, Annemont.

Oratione Lat. Prof. Summe Reverendo Dn. D. PAVLO GOTTLIEB
HOFMANNO & AMPLISSIMO ORDINI
SENATORIO, Schola Inspectoribus Gravissimis, nec non Castissimis voluntatis Divinæ Interpretibus & literarum in hoc Ludo Doctoribus bene precabitur,

&

III. JOH. GEORGIVS HELBIGIVS, Dørrenthalensi.

Orat. Vernac. pro omnibus Schola Evergetis & universa hac Civitate, suo & Communitonum nomine, pia vota concipiet.

Adeste igitur frequentes, Patroni atque Fautores Optimi, & benevolas mentes atque aures afferte, quia Dei & vestra etiam res nunc apud nos agitur, cui non desice soletis. Excitat præsentia vestra oratores meos ad majora: Ego vero hanc ad preces meas comparendi promptitudinem quo-vis obsequiorum & officiorum genere demerebor Perstr. Prid. Non Januar M DCC XXVII.

(o) v. Sulp. Sev. Hist. Sacr. Lib. II. c. 50. Edit. Horn & Claver. Histor. Epit. p. m. 351.

(p) v. Patris inci. Differt, de rebus nonnullis, quæ sunt & facie sunt festo N. a. alio.

(q) In Chronotopia Legali f. Tr. de Jure Feorum Cap. IV. §. 8. conf. Joach. Hildebrandi Lib. de Naturali veterum Cap XII. p. 74.

(r) in Triade Historica p. 118. 1q.

VL 8
MC

II
27/7

J. L.
144
45

PRÆVIA HAC COMMENTATIONE SVCCINCTA
DE
CONVENTIBVS CHRISTIANORVM NOCT VR-
NIS ET ANTELVCANIS RELIGIOSI
CVLTVS ERGO,
QVOS VVLGO die Metten APPELLAMVS,
SCHOLÆ ANNÆBERGENSIS
VENERANDOS INSPECTORES
ET QVOTQVOT HIC VIVVNT EJVSDEM
FAVTORES *atq; AMICOS*
CVJVSCVNQVE ORDINIS ET CONDITIONIS,
VT PROXIMO MARTIS DIE POST SACRA POMERIDIANA IN AUDITORIVM
INFERIVS FREQUENTES CONVENIRE, ET
ACTVM DRAMATICVM CHRISTO
SACRV M SPECTARE, EIQVE SVBJVNGENDAS
ORATIONES EVCHETICAS
BENEVOLE AVDIRE NE GRAVENTVR,
PERQVAM OFFICIOSE ET AMANTER ROGAT
M. JOH. FRIEDLIEB STVBELIVS,
RECT.

ANNÆBERGÆ,
TYPIS AVGUSTI VALENTINI FRISIL.

